ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Nobiliss.o Ampliss.o Clariss.oq Viro,
D. Constantino Huygenio,
Iohannes Smith, S. D. Pl.

Diu nunc est, Vir Spectatiss.e, ex quo mihi aliunde de magno Inscriptionum opere prospexi, tuoq adeo beneficio quo ante prolixè usus eram, exinde etiam abusus sum, dum exspecto per quem tuum exemplar tibi in manus tutò reddam, dumq gustum aliquem eius commentarioli tibi destino in cuius adornatione Inscriptionum mihi usus est. Nunc etiam tardum me Bockhoviana haec curatio tam ex improviso opprimit, ut destinato isthoc officio hoc tempore apud te defungi non possim: Nolui tamen committere ut diutius insigni opere mea tarditate careas. Gratias tibi usurae nomine ingentes et habeo et ago, daboq operam, ut si cuiquam unquam aliquid in hoc genere nostrum spectabitur, illi etiam constet eius gloriae, si qua in eo gloria erit, partem non levem magno celeusti, Ampliss.o Huygenio deberi. Vale Vir Magne, et me quod facis ama. Raptim. Noviomagi. XIII Cal: Maji Jul: A.o ☧. CIↃ IↃ C XXXVIII.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1827

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1827

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1827

Myn Heere

Myn Heere
Constantyn Huygens,
Heere van Suylecom, Raet
en Secretaris van syne Hoocheyt
den Heere Prince v. Orangien,

Door Vriend; met
een groot Boeck,

In 's Gravenhage.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1827